GRATULATIONES
In honorem Nuptiarum

Ornatiſsimi Iuvenis

Dn. BURCHARDI KUNTZSCHII SCHOlæ VVitzlebicæ, quæ eſt Roſelebii, Oeconomi SPONSI,

Nec non

Lectiſſimæ atq; Pudiciſſimæ Virginis

ANNÆ ELISABETHÆ,

Doctiſſimi atq; Conſultiſſimi Viri

Dn. Magiſtri IOHANNIS CONTII Reipublicæ, ISLEBIENSIS Judicis digniſſimi, Filiæ, SPONSÆ.

Celebrandarum ISLEBII, 3. Id. Novembr. Anno M. DC. XXI.

Scriptæ ab Amicis.

ISLEBII, excudebat Petrus Kühne.

383.
Zc 2770 a
X 2055065

NOn minus eſt laudis caſtam ſibi jungere Nympham,
Quam Roſalebiacæ, velle, præſſe Scholæ.
Ceu præceptorum Nutu moderantur Alumni,
Sic Fato ſponſo ſponſa reperta Bono.
Cœnobii curam ſimul ac VVicelebicus Heros
Oeconomo, ſociam, juſsit habere, parem.
Nec fuit in vanum, concordat nomen utrinq;:
Cuntzſchius eſt ſponſus, Cuntzia ſponſa ſimul.
His quoniam ſponſis ſint conſona nomina: ſitq;
Velle & nolle pari mens animusq; modo.
Sedula ſic faciet Concordia creſcere parvas
In magnum Domini ſuppeditante manu.
Felicem Oeconomum Monialem qui eligit illam,
Cum qua perpetuo cordis amore viget.
Is ſiquidem Roſeam poterit nunc degere Vitam,
Fructibus Angelicæ & clauſtra replere ſcholæ.
Nam ſchola VVitzlebica plures ceu protulit uſus,
Sic tibi delicias Sponſa petita dabit.
Adſit ἔρως, procul abſit ἔρις: dignetur abundè
Pignoribus caris Johva replere thorum.
Eveniant veſtris thalamis bona cuncta, nec inter
Vos turbent animis ulla ſiniſtra, precor.
Fata dabunt quod Vota petunt: Tu Chriſte precanti
Annue, nec Votis pondus abeſſe ſinas.

Script. à
Caſparo Teuthornio Franconhuſano, olim
Scholæ Roslebianæ Alumno.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-81594-p0002-3

BORRA

In

AMOREM CASTI CONJUGII,

quod ſit

ARBOR OPTIMA.

ferens

AUREA MALA.

(*)

hinc

SPONSUS

de

SUA ARBORE,

SArrana quàm gemmant monilia? fateor,
Prô quàm nitent allata Colchide vellera
gemmis Idaſpæis? Scio. & quantas opes
jactare phytus ſuevit? at, quantum eſt? Nihil,
Pretioſiora noſtra feret ARBOR: feret
AURATA MALA; nitidiora quàm Mydæ
Pondera, vel auri fulgor obrizi, feret
HAEC ARBOR AUREA MALA, vereq; AUREA
Et DIGNA SUPERIS DONA: queîs terris nihil

(†) Tulê-

Tulêre SERES, aut Syria pretioſius
Terra, AUREUM MALUM (en,) CONJUGII
EST AMOR.

Hinc ad Dnm. SPONSUM

VNa tibi cœlo Sponſa eſt: Sponſa altera Terris
Utraq; ad auxilium te bone Sponſe vocat.
ILLA *polo; Hæc terrâ. Stas Sponſe; ſed utraq; chara,*
Cœlicus inde amor; aſt hinc quoq; caſtus amor.
QUANTUS AMOR? DUX ISTA *ſoli,* LUX ILLA *ſub aſtris*
En dabit ISTA PROLEM *poſt dabit* ILLA POLUM.

AUGUSTIN-BASILIUS Cæſar
Quæſturæ Wihenſis
præfectus.

FINIS.

Pon. Zc 2770a
VD17
QK.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-81594-p0004-4

383.
Zc 2770
a
X 2055065

GRAT…

In ho…

Or…

Dn. BU…
KUNTZ…

læ VVitzleb…

Oe…

Lectiſſim…

ANNÆ …

Doctiſſim…

Dn. Magiſtri …

Reipublicæ, IS…

Celebrandaru…

An…

S…

ISLEBII …

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-81594-p0005-9